Schütz / Zwilling:
Capricornus, Cancer:
Virgo, , Fisch:
Aquarius, Arcadius Leo.

Cæterùm huc ſpectant ſequentia:

## *ANTISCIA.*

*Ioſeph. Scaliger in Notis ad Manilii Aſtronom: p. m. 141. &c.*

Quæ à quatuor punctis cardinalibus æqualiter diſtant, ea veteres ἀντίσκια vocabant: & quidem quæ æqualiter à punctis tropicis abſunt, ἰσοδυναμοῦντα dicuntur; item βλέποντα. Æqualiter verò à punctis æquinoctalibus dimota, προσταστοντα καὶ ἀκούοντα. At quidem τὰ βλέποντα ſive ἰσοδυναμοῦντα æquales dies, & noctes habent. Contra τὰ προστάσσοντα καὶ ἀκούοντα æquales ortus & occaſus. Nam ducta per puncta æquinoctialia, linea circulum in duo hemicyclia, æſtivum & hyemale, vel ſeptentrionale, & Auſtrale ſecat: & ſemicirculum ſignorum ſeptentrionalium τῶν προσταττόντων; ſemicirculum Auſtralium τῶν ὑπακουόντων facit: quia ab Ariete dies noctem ſuperant, à Libra ſuperan-